Prag NUB X. H. 6
Arzenica, Geomantica, s. XV.

4° & mm.

29r (hinter Rezepten, 8°.) (moesiae?)

¶ Bohemia est pars messye (!) ab oriente iuxta germaniam posita montibus altis et siluis circumsepta a germania et panonia et a quibusdam aliis nacionibus per montes et silues et flumina diuisa planicie camporum conspicua facie celi saluberrima habundans annona auro argento stanno et ceteris metallis fluis de montibus bohemorum irrigua habundat eciam herbis et pascualibus aromaticis medicinalibus. feris vrsis ceruis capriolis bubus et est ibi bestia habens bouis magnitudinem cornua magna et ampla cum quibus se non defendit. sed habet sub mento amplum folliculum in quo aquam recolligit quam currendo miro modo calefacit et super venatores et canes proicit et quidquid tetigerit depilat et exurit et dicitur lingua bohemica elhent (!). hec terra habet ad partem orientem moraviam et vngariam meridiei austriam. occidentis. bawaria (!) ad aquilonem poloniam et slaviam.

K. 41